



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis, De Varietate//
librorum, siue de Amore cœlestis// patriæ libri. III. ...**

Haimo <Halberstadensis>

Coloniae, 1531

VD16 H 231

XXXVI De laude patientiae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29814

LIBER SECVNDVS.

rudinē terrenæ celsitudinis, quia intus oculum non
grauat pondus tumoris.

De Patientia. Caput XXXV

Patientia vera est aliena mala æquanimiter p
peti, contra eum quoq; qui mala irrogat nul-
lo dolore morderi. Nam qui sic proximi ma-
la portat, vt tamen tacitus doleat, & tēpus dignę re-
tributionis querat, patientiā non exhibet, sed oñdit.
Scriptum quippe est. Charitas patiens est, benigna
est. Patiens namq; est, vt aliena mala toleret. Beni-
gna vero est, vt ipsos etiam, quos portat, amet. 1. Cor. 13.

De laude patiētiae. Cap. XXXVI.

Patientia aut̄ fratres dilectissimi, non tm̄ bona
custodit, sed & repellit aduersa, Spiritū sanctū Cypri.
fouens, & cælestibus ac diuinis coherens cōtra
facta carnis & corporis (quibus anima expugnatur
& capitur) virtutū suarū propugnaculo reluctatur.
Late patet patientiæ virtus, & vbertas eius & largi-
tas de vnius quidē nominis fonte proficiscit, sed ex-
undantibus venis per multa gloriarū itinera diffun-
ditur. Nec proficere aliquid in actib⁹ nostris potest
ad consummandū gloriam, nisi inde cōsummatio-
nis accipiat firmitatē. Patientia est que nos domino
& cōmendat & seruat. Ipsa est quæ iram tēperat, q̄
linguam frenat, quæ mentem gubernat, pacē custo-
dit, disciplinā regit, libidinis impetū frangit, tumorū
violentiā comprimit, incendiū similitatis extinguit.
Coërcet potētiā diuitū, inopiam pauperū refouet,

HAY. DE VARIET. LIB.

Tuetur in virginibus beatam integritatē, in viduis laboriosam castitatem, in cōiugatis & maritatis indiuiduam castitatē. Facit humiles in prosperis, in aduersis fortes, cōtra iniurias & cōtumelias mites. Docet delinquentibus cito ignoscere, si ipse delinquas, diu & multum rogare. Tentationes expugnat, persecutiones tolerat, passiones & martyria cōsummat. Ipsa est quæ fidei nostræ firmamētā firmiter munit. Ipsa est quæ incrementa spei sublimitate perhibet. Ipsa dirigit vt tenere possimus viam Christi, dum p̄ eius tolerantiam ingredimur. Ipsa efficit vt perseueremus filij dei, dum patientiā patris imitamur. Hæc em̄ christianitatis summa est, vt amantibus vicissitudinem, lædentibus patientiā rependamus. Qui ergo fuerit patientior ad iniuriā, potentior constituetur in regno.

Exempla sanctorum patrū de patientia.

Caput XXXVII.

Cyp.
1. Pe. 2. **P**etrus super quē ecclesia domini dignatiōe fundata est, in epistola sua ponit & dicit. Christus passus est pro vobis, relinquēs vobis exemplū vt sequamini vestigia eius, qui peccatū non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, qui cum malediceret non remaledicebat, cum pateretur non cōminabatur. Tradebat autē se iudicanti se iniurte. Inuenimus deniq; & Patriarchas, & prophetas, & iustos omnes qui figurā Christi imagine præeunte portabant, nihil magis custodisse in laude virtutū suarū, q̄ qd patientiam forti & stabili æquanimitate tenuerunt. Sic